chiepiscopis Episcopis praestantissimisque Viris qui Sanctae Sedi suas preces exhibuerunt ad hanc promovendam Causam (1), et cum novo Postulatore R. D. Arthuro Julio Captier Procuratore generali Congregationis S. Sulpitii futurum speramus ut Sacra haec Congregatio affirmativum prodat rescriptum pro *Signatura Commissionis;* ut postea, Deo favente, ad altarium honores evehi possit inclyta Heroina celeberrimi Instituti Fundatrix, et sicut America Meridionalis Sanctae Rosae cultum profert, ita Septemptrionalis Margaritam adjutricem in coelo declaratam habeat.

Quare ecc.

**JOANNES BAPT. MINETTI**

Revisa
Augustinus Adv. Caprara S. R. C. Assessor
et S. Fidei Sub-promotor

---

(1) *Summ. addit. Litterae Postulatoriae pag.* 1 *et seqq.*